Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



224

apte sub diu; et ante frontes pictura palmarum;
Quid per palmas nisi premia victoriae designantur. ipsi
quippe dari uincentibus solent; Unde de his quoque
qui in certamine martyrii antiquum hostem uincerant et ita victores in patria gaudebant
Sentitur et palme in manibus eorum et clamabant
uoce magna dicentes: salus deo nostro qui sedet super
thronum et agno; Palmas quippe in manibus habere
et victores in operatione tenuisse; Cuius operatio nisi palma ibi pertinuit. ubi ita sine certa
mine gaudet; Unde et hic non dicit palme antes
fronde: sed ante fronde pictura palmarum; ibi
victoriae palma uidet. ubi ita sine fine gaudebit; Ita hic plerique sancti uisibus aspicium mira
agere. uirtutes multas facere. leprosos mundare
re. demonia eicere. tactu egritudines corporum
fugere. per hetlie spiritum futura predicare;
Cunctae itaque nec dum premia sed adhuc pictura palmarum; Ita hec aliquando dantur et spiritus;
Unde euangelium istas dicit; multi dicent mihi
in illa die. dne dne nne in nomine tuo prophetauimus
et in tuo nomine demonia eiecimus. et in tuo nomine